Iscrizione fatta scrivere a piedi del quadro dedicato a S. E. Sig.r Gov.re dal corpo de' Cittadini, e Mercanti.

Absoluta per Provinciam quinto Calendas Junii MDCCXCIV Urbanorum Militum recensione, et ad suam Imperii sedem redeunte Excellentissimo Rerum tenente Petro Canal tantus Laetitiae motus erupit, ut a Civibus, et Mercatoribus solemnia Festa splendido ornatu, Musicisque concentibus accensa de nocte celebrarentur. Iidem liberalitate, justitia, animique magnitudine eximii Praesidis per summa laudis vestigia gradientis vehementissime devincti collatum in pictura spectaculum designarunt, longeque Posteritatis exemplo magna cum observantia dicarunt. Anno Domini MDCCXCIV.

Lapide collocata nel Borgo di Poscolle -

Petro · Canali · Praesidi · munificentissimo.
qui · ut · beneficia · sua · in · Urbem, et · Provinciam ·
nostram · conlata · cumularet.
Civium · commodo, et · urbis · ornatui · prospiciens ·
viam · hanc · reliquis · iam · secto · lapide · stratis ·
postremo · sternendam · curavit ·
Julius · Asquinus, Antonius · de · Arcano · Comites ·
praefecti · operi · exequendo ·
ut · tanti · Praesidis; imo · Parentis · optimi ·
memoriam · apud · Posteros · perennaret.
M · P · P ·
MDCCXCV ·

Lapide riposta nel Borgo di Aquileja -

Petrus. Canal.
Provin. Forojul. Praeses.
munificentissimus.
Inchoatam. viae. crepidinem.
ad. majorem. Urbis. ornatum.
Civium. amori. gratificans.
perficiendam. curavit.
An. Sal. M DCCXCIV.

Nel Teatro -

Petro Canal F. I. Praeside consilium, et operam praebente
Societas renovavit
anno Redempt. MDCCXCV.

Lapide esistente sotto li Portici, conducenti in Castello -

Con provido, e splendido animo
questa Regenza sostenendo
L'Ecc.mo Sig.r Pietro Canal
Luogotenente
Fece a sue spese riformare,
E munire di scolatoj
Tutta la sottoposta Strada;
E dietro il suo esempio
Gl'Ill.mi Sig.ri Deputati della Città
Ristorare, e rabbellir fecero
Gli contigui Portici
L'anno MDCCXCIV.

D. O. M.

Petro . Canal

Forojuliensium . Praesidi

integerrimo . et . vigilantissimo

Qui . IV . Nonas . Martias . M . DCCXCV

Coacto . Glemonae . Concilio

Ut . Laurentius . Vecellius . Cadubriensis

Medicus . conduceretur

novo . exemplo . interfuit

Ac . Civitatis . patrocinium . suscepit

Cives . ut . tanti . honoris . et . beneficii

Perennis . extet . memoria

M . P . C .

---

que preclara in aliis, sic et in hoc Publico Ærario restaurato ad æternandam memoriam nonnulla beneficia largè delati Locumtenentis Petri Canal; 1795–

Lapide fissa nel Borgo di Cemona –

Dextrum . Viae . Latus .

Ab . Aquilejensi . Porta . ad . Pontem .

Utrumque . vero . a Ponte . ad . Pontem

Sinistrum . inde . ad . Portam . Glemonensem .

Munitis . acquae . decurrentis . Ripis .

Secto . Lapide . stratum . est .

Curam . impendente .

Et . aedilis . exemplo . praeunte .

Petro . Canali .

Amantissimo ; et . solertissimo . Praeside .

M . P .

A . S . MDCCXCV .

Stampe divulgate nel 1794. al caso degl'occorsi spettacoli del Palio –

Percurrentibus stadium Equis Pridie Idus, Idibusque Augusti, ad quod ingens Subditarum Exterarumque Gentium numerus confluxerat, nonnulli quoque hac itinerantes ex Mauritania, et Armenia perillustres Viri, admirandum decus in tanta spectaculorum celebritate sibi vindicavit hujusce Utinensis Civitatis munificentissimus, ac immortali laude dignus Forumiuliensis Petrus Canal. Oblongum steterat Tabulatum Excellentissimi Praesidis sumptibus magnifice constructum Electorum Nobilium commoditati, quos inter augustus honor in majestate sua, et summa gratia – Aliud contra Tabulatum impar Cives erexere, testium tamen, et symbolicis ornatum immaginibus Famę scilicet, et Themidis. sequentibus autem distichis, quę in stylobatis expresserant amplissimum obsequii pignus, et grati animi monumentum Rectori tanto Cives dedere – anno Domini MDCCXCIV.

Civica festa micant, Petrum tuba læta Canalem
Clangit; at in medio murmure Fama prior.

In te multa nitet virtutum gloria, Petre;
Major at in tanto nomine sancta Themis.

Ex Recensione Militari redeunte

Illmo, et Exc^mo^

Petro Caral

Proni Iuliensis Patriæ Gubernatore

Elegidion

Thomæ Orza Utinensis

Majestate gravis, sceptrique decore conspicuus
Dum remeas primum Rector ad Imperium,
Hic illic postquam diversa per agmina vidit
Te Miles positis eminuisse locis,
Non tamen exuvias, non capta ex hoste trophæa,
Non belli rabiem, factaque magna canis;
Gratus at in nostram, Utinesque optatior Urbem,
Qua te jure cient Publica vota, redis.
Ecce redis currus inter, strepitusque faventum;
Nec satis hoc; animi pignora plura narent.
Ordine flammarum gemino de nocte profunda,
Quo bene tendis iter, semita tota nitet.
Nonne audis plaususque virûm, sonitusque Tubarum,
Rursus et in laudes murmura juncta iras?
Hæc spolia, hæc præda, isti sunt tibi, Petre, triumphi:
His longa fies Posteritate memor.

Lapide sopra i muri delle Pubbliche Scuole dirette da P.P. Barnabiti

Petro. Canal

Forijulij. Præsidi. Vigilantiss.

Qui. Publici. Lycæi. Perpetuitati. Studens

VII. Virum. Utinensium. Votis. Favens.

Ab. Augusto. Veneto. Senatu

Annuum. Subsidium. impetravit

Clerici Regulares. S. Pauli. Moderatores

S. A. M. P. A. R. S. MDCCXCV.

2

Ex Recensione Militari redeunte

Illmo, et Exc.mo

Petro Caral

Fori Juliensis Patriae Locumtenente

Elegidion

Thomae Orza Utinensis —

Majestate gravis, sceptrique decore conspicuus
Dum remeas primum Rector ad Imperium,
Hic illic postquam diversa per agmina vidit
Te Miles positis emicuisse locis,
Non tamen exuvias, non capta ex hoste trophaea,
Non belli rabiem, factaque magna canis;
Gratus at in nostram, tuisque optatior Urbem